161. Bona consuetudo excutere debet, quod mala instruxit. *De Moribus*.

162. Omnia consuetudine vim suam perdunt. Lib. 4, *Natural. quæst.*, cap. 13.

163. Primum facilius est excludere perniciose quam regere, et non admittere, quam admissa moderari. *Prose.*

164. Nam, cum se in possessione posuerunt, potentior rectores sunt, nec recidi se minuive patiuntur. Lib. 1 *de Ira*, cap. 7.

165. Gravissimum est imperium consuetudinis. In *Proverb.*

Vide etiam tit. *Compunction.*, sent. 25; *Cura*, sent. 46; *Juramentum*, sent. 62; *Labor*, sent. 22; *Lascivia*, sent. 22; *Licentia*, sent. 37; *Mores*, *Peccatum*, sent. 1, 10, 33, 199, 217, 241; *Recidivatio*, sent. 54; *Usus*, per totum.

CICERO.

SENECA.

PLINIUS II.

147. Difficile est resistere consuetudini, quia assimilatur natura, facilius tamen est transmutare consuetudinem. *Ibid.*

148. O consuetudo peccandi? quantam habes jucunditatem in improbis et audacibus, cum pena abest et licentia consequuta est. Orat. 8 in *Verrem*, lib. 5, act. 4.

149. Ita serpit illud insitum in natura malum consuetudine peccandi libra, ut finem statuere homo sibi vix possit. *Ibid.*

150. Consuetudinis magna vis est. Lib. 2 *Tuscul. quæst.*

151. Consuetudo laborum, perpersionem dolorum efficit faciliorem. *Prose.*

152. Nam ferre laborem, contempnere vulnus, consuetudo docet. *Ibid.*

153. Nunquam naturam mos vinceat, est enim ea semper invicta. *Ibid.*, lib. 3.

154. Assiduate nimis facilitas magis, quam facultas paratur. Lib. 6, Ep. 28, *ad Quadratum*.

155. Nihil tam miserum est, quam quod in naturam consuetudo perduxit. Lib. 2, *de Divina provid.*, cap. 4.

156. Facit consuetudinem peccandi, multitudine peccantium. Lib. 4 *de Clementia ad Neronem*, cap. 21.

157. Consuetudo rebus afferit constantiam. *De Tranquillit.*, cap. 4.

158. Voluptatibus se immergent, quibus in consuetudinem adductis carere non possunt. Ep. 39.

159. Desinit esse remedio locus, ubi que fuerant vita, mores sunt. *Ibid.*

160. Inter causas malorum nostrorum est, quod nec ratione componimur, sed consuetudine abducimur. Ep. 423.

161. Bona consuetudo excutere debet, quod mala instruxit. *De Moribus*.

162. Omnia consuetudine vim suam perdunt. Lib. 4, *Natural. quæst.*, cap. 13.

163. Primum facilius est excludere perniciose quam regere, et non admittere, quam admissa moderari. *Prose.*

164. Nam, cum se in possessione posuerunt, potentior rectores sunt, nec recidi se minuive patiuntur. Lib. 1 *de Ira*, cap. 7.

165. Gravissimum est imperium consuetudinis. In *Proverb.*

Vide etiam tit. *Compunction.*, sent. 25; *Cura*, sent. 46; *Juramentum*, sent. 62; *Labor*, sent. 22; *Lascivia*, sent. 22; *Licentia*, sent. 37; *Mores*, *Peccatum*, sent. 1, 10, 33, 199, 217, 241; *Recidivatio*, sent. 54; *Usus*, per totum.

CONTEMPLATIO.

S. ALBERT. *Definitio.* Contemplatio vera et perfecta, est collectio affectionum, et omnium virium animæ, ad cognoscendum cum delectatione, et admiratione mentis aliquid de natura divina. *De Paradiso anime*, part. 1, *de Virtut.*, cap. 33.

S. ANTONIN. Contemplatio est elevatio mentis per considerationes, quibus quasi volat, dum supra se tendit. Part. 4, titul. 10, cap. 5, § 3.

S. AUGUSTIN. Contemplatio est perspicue veritas iucunda admiratio. *De Spiritu et anima*, cap. 38.

Contemplatio est actionem omnium finis, atque eterna perfectio gaudiorum. Lib. 1, *de Trin.*, cap. 8.

S. AUGUSTIN. Contemplatio est mentis in Deum suspensa quadam elevatio, eternæ dulcedinis gaudia degustans. *De Scala Paradisi*, cap. 4, et S. Bernard. *In Scala claustrali*.

S. BERNARD. Potest contemplatio definiri, verus certus intuiitus animi de quacunq; re, sive apprehensio veri non dubia. Libr. 2, *de Consider.*

S. BONAVENT. Contemplatio est perspectiva, et liber animi intuitus in res perspicendas usquequaque diffusus. Part. 3, in *Canticis*, sect. 46, et Joan. Gers., part. 3, *de Medit.* consid. 12.

S. GREG MAG. Contemplatio est virtus per quam non solum ipsa scriptura condita recognoscitur; sed per quam nondum condita conderetur, et per quam condita ad Dei voluntatem quotidie disponatur. Lib. 3, *Moral.*, cap. 5.

HUGO A S. VICTORE. Contemplatio supernorum, est per sublevate mentis jubilum, mors carnalium affectuum. *De fructu carnis et spiritu*, cap. 17.

HUGO CARD. Contemplatio est libera mentis perspicacia in sapientiae specculo cum admiratione suspensa. Sup. Ep. *ad Galat.* cap. 3.

S. LAUR. JUST. Contemplativa vita, est charitatem Dei tota mente tenere, et ab exteriori actione quiescere, soli Conditori desiderio inhaerere, et calcatis curis omnibus, ad intuendam Creatoris faciem animo inardescere. Part. 1, *de Ligno vita*, tract. 13, *de Oratione*, cap. 8.

S. PROSPER. Contemplatio nihil aliud est, quam rerum latitudine, futurorumque notitia. *Prose.*

Sive vacatio ab omnibus occupationibus mundi; sive divinarum studiorum literarum.

Sive (quod his probatur esse perfectius) est ipsa visio Dei. Lib. 1, *de Vita contempl.*, cap. 13.

Contemplativi dicuntur, non qui contemplantur, sed qui contemplatione totam vitam suam depitant. 2, 2, quæst. 81, art. 1, ad. 5.

S. THOMAS AQUINAS. *Divisio.* Quatuor sunt species contemplationis. Prima et maxima contemplatio, est admiratio maiestatis; secunda, est intuens judicia Dei; tercia

occupat vel potius ostiatur circa memoriam beneficiorum Dei; quarta in sola requiescit expectatione promissorum. Lib. 5, *de Consider.*

Contemplationis partes sunt quatuor, scilicet HUGO CARD. consideratio eternorum cum desiderio; gaudium in Spiritu sancto; scripture meditatio; mentalis oratio. Super I. *Regum*, cap. 1.

Differentia. Aliud est contemplatio, aliud est RICH. A. SANC. meditatio. Meditationis est perscrutari occulta; TO VICTORE. contemplationis, admirari perspicua: per meditationem ad honorem instruam, per contemplationem in honore solidamur. Part. tract. 2, cap. 15.

CONDITIONES CONTEMPLATORIS.

S. PROSPER.

1. Vita contemplativa sectator ad Conditorem suum corde illuminandus accedit, ipsi contemplando, atque insatiablem perfruenda vigilanter inseriat. *Prose.*

2. Ipsius jugiter concepit, pre amore ejus omnia (quibus inde potest averti) fugiat.

3. Omnes cogitationes suas, ac totam spem ex illius delectatione suspendat;

4. Litterarum divinarum sacris meditationibus in his se divinitus illuminatus oblectet.

5. Ibi se totum velut in speculo quadam refulente consideret.

6. Quod in se pravum deprehenderit, corrigit; quod rectum est, teneat; quod deformè, componat; quod pulchrum, excolat; quod sumum, servet; quod infirmum, assidua lectione corroborat.

7. Domini sui precepta infatigabiliter legit, implibiliter diligt, efficaciter implet; et quid sibi cavendum, quidve secundum sit, ex eis sufficienter instructus agnoscat.

8. A strepitu negotiorum secularium remotissimus, ac ferventer exigit, quibus animum suum in desiderium future remunerations inflammet.

9. Studii spiritualibus, quibus in dies singulos melior ac melior fiat, invigilet,

10. Amet otium sanctum, in quo exerceat anima sua negotium.

11. Mortuum sibi deputet mundum, ac se mundiblanditatis illecebrisque exhibeat crucifixum.

12. Delectationi spectaculorum presentium incomparabiliter anteponat sui Creatoris intuitum.

13. Semper se proficientem successu in fastigio divine contemplationis attollat.

14. Nunquam, ne ad momentum quidem, a promissionibus futuris considerandis aversus, ad terrena respiciat.

15. Eo aciem mentis indesinenter intendat, quo pervenire desiderat.

16. Beatitudinem vita future ante oculos animi sui proponat et dirigat.

17. Non metuā aliquid temporale, nec cupiat; ne aut metus amittenda rei temporalis, aut cupiditas acquirendae, intentionem mentis ejus emolliat.
18. Non enim blanda corrumpant, nec adversa concurvant.
19. Non enim inflet opinio secunda, nec sinistra dejectat.
20. Nec falsa vitorperatio, sive laudatio augeat ejus gaudia, aut minat.
21. Non gaudeat de temporalibus omnino, nec ligent.
22. Inter leta inventus ac tristia unam faciem animo constanter obtineat.
23. Nec pectori ejus stabilem firmatalem (quidquid promittit mundus, aut minatur) exspectat.
24. Sed idei semper ac sibi simili perseverans, mundi hujus domna, simul ac tueri non sentiat.
25. Et cum haec, atque his similia contemplativa vita desiderio affectus implaverit, non se huc jam omni parte perfectum, sed perhincundum in illa beata vita (que futura est) immobiliter credit. Lib. 1 de *Vita Contemplati.*, cap. 8, per totum.

SENTENTIA PATRUM.

- S. ANTONIUS DE PADUA. 1. Mens contemplativa, si multis et variis cogitationibus dilatatur, in contemplationis volatu preponitur. *Prose.*
2. Sed si ordinata, et in unum collecta corpori velare, ipsius contemplationis gaudio perfervit. Serm. in *Septuag.*
3. Contemplatio non est in arbitrio contemplantis, sed in dispositione Creatoris qui, cui vult, quando vult, et quomodo vult, dulcedinem contemplationis infundit. Serm. *Bon.* 15 post *Trin.*, cap. 47.
4. Contemplatio illa est species, qua rapit omnem animam rationalem desiderio sui, tanto ardorenti, quanto mundiorum, et tanto intiodore, quanto ad spiritualia resurgentem; tanto autem ad spiritualia resurgentem, quanto a carnaliis morientem. Lib. 2 de *Trin.*
5. Haec est vita cordis nostri, cum Deum suum contemplatur, et ipsa sua contemplatione suavitatem reficitur. *Prose.*
6. Nihil enim ad beatam vitam prestantius videtur, quam velut clausis sensibus extra carnem mundi que affectum quenquam intra semetipsum convertit, alienumque effectum a mortali- cupiditatibus, sibi soli et Deo loqui. *De spiritu et anima.* cap. 14.
7. Illa contemplatio summam quietem habet, quia in eterno Dei regno tribuitur. Lib. 2. *Quasi. Evang.*, quest. 39.

8. Multa sunt contemplationes, quibus anima devota mirabiliter pascat, sed in nulla carum ita dilectatur et requiescit anima, sicut in Deum, et quando Deum solum cogitat et contemplatur. *De Medic.*, cap. 37.
9. Lectio inquirit, meditatio invenit, oratio postulat, contemplatio degustat. *Prose.*
10. Lectio quasi solidum cibum ori apponit, meditatio masticat, et frangit, oratio saporem acquirit, contemplatio est ipsa dulcedo, quasi jugularit et reficit.
11. Lectio in cortice, meditatio in adipite, oratio in desiderii postulatione, contemplatio in adepitate dulcedinis delectatione. Lib. de *Scala Paradiſi*, cap. 2.
12. In contemplatione ita constituntur et absorbuntur carnales motus ab anima, ut in nullo caro spiritui contradicat, et fiat homo quasi totus spiritus. *Ibid.*, cap. 3.
13. Oratio cum devotione contemplationis est aquilis; contemplationis adepto sine oratione, aut rara, aut miraculosa. *Ibid.*, cap. 11.
14. Mundatus oculus, simplex reditus, aptus et idoneus erit ad contemplationem. Lib. 2 de *Ser. Bon.* in *morte*.
15. Tanta in contemplanda veritate voluntas est, qualitatemque ex parte eam quisque contemplari potest; tanta puritas, tanta sinceritas, tam indubitate rerum fides, ut anima tota ita interiori veritati desideret. *De quantitate animae*, cap. 33.
16. Contemplatio merces est fidei, cui mercede per fidem corda mundantur. Lib. 1 de *Trin.*, cap. 8.
17. Sensus interior reficitur in contemplatione divinitatis; sensus exterior in contemplatione humanitatis. *De Spiritu et anima*, cap. 9.
18. Mens illa que ima deserit, summa pedit, et de summis rupibus contemplationi solem justitiae aquilinus obbativit. *Prose.*
19. Nihil tam pulchrum atque jueundum, quam ipsum solum mentis induit, et cordis avideitate contemplari Deum. In lib. *Medit.*, cap. 27.
20. Mens inefabilis Dei dilecta dulcedine, quodammodo sese sibi furatur, imo rapitur, aliquid labitur a seipso, ut Deo fructur ad jucunditatem. In *Manuali*, cap. 20.
21. Aliquantum intromittit me Domine in affectionem multum inustitum introrsus ad nesciis quam dulcedinem, sed recido in hac artemnosis ponderebus. Libr. 11. *Confess.*, cap. 40.
22. In spiritualia mente suspensa, atque ibi fixa et manente, consuetudinis impetus frangitur, et paulatim repressus extinguitur. Lib. 6. *Musicae*, cap. 41.

23. Nondum habet ad aeterna contemplanda idoneam mentis aiciem, qui visibilibus tantum, id est, temporalibus credit. *De Vera relig.*, cap. 54.
- S. BASILIUS MAGNUS. 24. Si spiritualis es, et altiora spisis, ascende cogitatione ad pulchritudines Angelorum, contemplari in ipsis justissis fructus. *De Paradiso*.
- S. BERNARD. 25. Qui mentem pacificam et serenam habent, de superioris dulcium sapienti et subtilius vident. *Serm. de Donis Spiritu sancti*, cap. 7.
26. Duo sunt beatae contemplationis excessus; in intellectu unus, et alter in affectu; unus in lumine, alter in fervore; unus in agitacione, alter in devotione. Serm. 49, super *Cantic.*
27. Non enim in hac vita copia contemplandi, fie diuturnitas otii, ubi offici et operis cognitor urgent, instantiorque utilitas. *Ibid.*, serm. 58.
28. Contemplatio fugat vita, fundat virtutes, initiat ad sapientiam, servat humilitatem. Lib. 5, de *Consol.*
29. Viscus contemplationis est amor possessio- nis, affectus cognitionis, cupiditas honoris, et carnis voluptas; quibus anima invicatur et irretitur, ne penitus contemplationis per platas superne Sion volare possit. In libro *Medit.*, cap. 14.
30. Nihil in hac vita dulcium sensit, nihil avi- dius sumitur, nil ita mentem ab amore mundi separat, nil sic animam contra tentationes robo- rat, nil hominem ita excitat, et adjuvat ad omnem labore, quam grata contemplationis. *Ibid.*, cap. 7.
31. Qui contemplatione vult vacare, necesse est ut disce nequiscere non solum ab operibus malis, sed etiam a cogitationibus supervacuis. *De In- teriori domo*, cap. 70.
32. Veritatis contemplatio in hac vita inchoatur, sed in futura iugis perpetuitate celebratur. *Prose.*
33. Per veritatis contemplationem eruditur homo ad justitiam, consummatur ad gloriam. *Ibid.*, cap. 70.
34. Gratia contemplationis cor ab omni mundo amore non solum emundat, sed sanctificat, et animum ad colestium amorem inflammat. *Ibid.*
35. Qui divina inspiratione ad contemplationis gestam promovet, quasdam arrhas future ilius plenitudinis accipit, ubi somptuose contemplatione perpetua inhærit. *Ibid.*
36. Contemplationem sola uncio Spiritus docet; plus valet hic jubilus cordis, quam strepitus oris; motus gaudiorum, quam sonus labiorum, consonantiae voluntatum magis quam vocum. Serm. 14 sup. *Salve Regina*.
37. Contemplatio est cibus in hac vita, potus in futura, ebrietas in ultimo. In *sententia*, verbo *Contemplatio*.
38. Contemplativi alii ascendunt et corruunt alii rapuntur et descendunt. *Ibid.*, verbo *Con- templativi*
39. Sicut mea non tibi Domino perfecte pla- cent abhata, nisi mecum: sic bonorum tuorum contemplatio reficit me quidem dulciter; sed non satiat perfecte, nisi tecum. Volum. 2, *de Amore Dei*, cap. 1.
40. Dormiens in contemplatione, Deum somnit. Serm. 18, super *Cantic.*
41. Humanae animas libiores esse necessa- rit, cum se in mentis divine speculazione conseruant; minus vero cum dilabuntur ad corpora, minus etiam cum terrenis artibus colligantur. *Prose.*
42. Nam ubi oculos a sursum lauce veritatis ad infernum et tenebrosa dejecunt, mox insectie mire cantant, et perniciose turbant affectibus. Lib. 5, de *Consol. philosophiz.*, prosa 2.
43. In Dei summa intelligentia cacumen si possumus, per contemplationem erga nos; illuc enim ratio videtur, quod in se non potest infuiri. *Ibid.*, lib. 5, prosa 5.
44. Meritis excessus tribus modis fit: fit mentis s. BONAVENT. dilatione mentis sublevatione, et mentis alienatione. Sup. *Psalm.* cxv.
45. Septem sunt gradus contemplationis secundum fratrem Agapiti: primus est ignis; secundus, uncio; tertius, extasis; quartus, contemplatio; quintus, gustus; sextus, requies; septimus, gloria. Sup. *Luc.*, cap. 9.
46. Vita contemplativa est plena discretio- ne, plena devotione, plena charitate, plena securitate, plena tranquillitate, plena suavitate, plena agi- litate. *Ibid.*
47. Ad contemplationem gradus anima ignitur, ignita unguit, uncia ruptur, rapta speculator, vel contemplatur, contemplari gustat, gustans quiescit. *De septem gradibus contemplationis*.
48. Si coelestia contemplari, quomodo jam non in celis comorari, qui celestibus spiritibus in vita assimilari? In *Soliloq.*, cap. 12.
49. O Domine Deus si tam nobilis est dolor, quam dulcis est tua dulcedinis sapor! *Prose.*
50. Si tanta virtus est modica degustatio, quantum jucunditatis habet felix inebriatio? *Ibid.*
51. Oportet verum contemplatorem mori mun- do, ut mundus sibi moriarur, ut in nullo contemplatio ejus impediatur. In *Itineribus aeternitatis*, de *Itin.* 3, dist. 6.
52. Proprium est contemplationi, jucunditatis esse spectaculo eum admiratione inheretere. *Ibid.*, de *Itin.* 3, dist. 1.
53. Qui versatur in contemplatione, Deo (quan-

S. CYRILLUS
BIEROSOL.
tum fieri potest) assimilatur. Lib. 4, *Stromat.*
54. Tanto major unicuique apparet Deus,
 quanto majori contemplatione cor exaltatur. *Ca-*
techesi 9.

S. DIADOCHE.
33. Omnes spiritualem contemplationem antea-
dictant langam dices, fides spes, charitas, sed
magis charitas. *Prose.*

56. Fides enim et spes docent contempnere ea,
 quevidentur; charitas vero animam cum ipsis
Dei virtutibus copulat, pervestigans sensu ipsius
domini mentis eum, qui videri non potest. *De per-*
fecti spirituali, cap. 1.

37. Non potest ad divine contemplationis dul-
cedinem cor secularium plenum negotiorum aspirare,
 sed oportet, ut seculo moriatur. *De mortifico vi-*
viue, art. 12.

58. Ad divinorum coelestiumque honorum spe-
culationem non potest anima elevari, nisi a ter-
reni et exterioribus rebus, a passionum et vitio-
rum tumultu, atque a carnalibus deliciis studeat
expurgari. *Ibid.*

59. Animas contemplanti nihil tediosius est,
 quam circa exteriora et temporalia occupari,
 quoniam tota sua intentio, affectio, et delectatio
 est in Deo. *De Perfecti spirituali*, art. 19.

60. Nisi quis passionem Christi in contempla-
do, pro fundamento sibi constituerit, quando altius
ascenderit, tanto profundius se casurum no-
verit. *De Perfect. charitatis*, art. 44.

S. EDMUNDUS.
61. Quot malis cogitationibus anima est ducta,
 tot malis obstaculis in contemplatione est impedi-
ta. In *Speculo Ecclesiae*, cap. 29.

62. Tres sunt gradus contemplationis.

Primus est quod anima revertatur, et recolli-
get se totaliter intra semetipsam.

Secundus est quod ipsa se videat qualis sit to-
taliter collecta.

Tertius est quod anima se elevet ultra seipsum,
 et nittatur respicere suum gradum in sua natura
interiori. *Ibid.*, cap. 29.

EVAGRIUS.
63. Cor castum, contemplacionum portus est.
Habet apud D. Joan. Damasc., lib. 2, *Parall.*,
cap. 92.

S. FRANCISCUS
ASSISIENS.
64. Nunquam qui vult apparere potest venire
ad contemplationem. Habet apud D. Bonavent.,
serm. 20, in *Hexam.*

65. Contemplatio non potest esse, nisi in sum-
ma simplicitate; et summa simplicitas non po-
test esse, nisi in maxima paupertate. *Ibid.*

GILLEBERTUS
ANGLUS.
66. Contemplatio sapientiae, eterna refectio
est. Serm. 23, sup. *Cantic.*

67. Pulcherimus contemplationis locus est,
 ubi simplex consideratio fidei colestes et suave
olentes aspergit effectus, et eterni luminis gra-
tiam spirat. *Ibid.*, serm. 27.

68. Primus contemplationis modus, purissi-
morum est: secundus cruditorum, ultimus sim-
pli. *Ibid.*, serm. 43.

69. Dulcedo contemplationis brevis est, et rara,
 proper gravidinem carnis, quia terrena inhabi-
tatio aggravat sensum multa cogitantem. Sup.
Cant., cap. 2.

70. Tres sunt gradus contemplationis. Primus, s.
ut se mens ad se colligat; secundus, ut videat
qualis est collecta; tertius, ut super semetipsam
surgat, ac se contemplationis auctoris invisibilis
intendendo subiectat. Hom. 47, sup. *Ezechiel.*

71. Mens ad contemplanda interna non perdu-
citur, nisi ab his, que interius implacent, stu-
diose subtrahuntur. Lib. 3, *Moral.*, cap. 22.

72. Mens nullo modo ad vim intime contem-
plationis rapitur, nisi studiose prius a terreno-
rum desideriorum tunulitu sopiaatur. *Ibid.*

73. Humana mens in contemplationis arce sus-
bilevit, tanto semetipsam durum de superfluis
eruicit, quanto nimis subtile conspicit esse quod
amat. *Ibid.*, cap. 24.

74. Sepe pigras mentes amor ad opus excitat,
 et inquietas in contemplatione timor referat.
Lib. 6, *Moral.*, cap. 17.

75. Necesse est ut quisquis ad contemplationis
studia properat, semetipsum prius subtiliter
interroget quantum amat. *Ibid.*

76. Prius mens ad appetitum glorie temporalis,
 atque ab omni carnalis concupiscentiae delectatione
tergenda est, et tunc ad aream contemplationis
erigenda. *Ibid.*

77. Quisquis divina contemplationis arce sus-
tollerit, in illa cuncta illuminante luce respicit,
 et quod se mirabiliter terreat, et quod incalpe-
tare delectet. Lib. 4, in *I Regum*, cap. 4.

78. Qui contemplationis arcem tenere deside-
rant, prius se in campo operi per exercitum
probent. Lib. 6, *Mor.*, cap. 17.

79. Qui sancte contemplationis pennis ad co-
lestia intuenda se erigunt, eo subtilius, si quid in
septem vitiosum latet inveniunt, quo ad divina
lucis claritate vicinius accidunt. Sup. *Psalm.*
Pannent. in *Psalm. iv*, vers. 18.

80. Comedere anime, est superne lucis con-
templationibus pasci. Lib. 3 *Moral.*, cap. 7.

81. Sicut sepulcrum locus est, quo abscondi-
tur corpus, ita divina contemplatio quoddam so-
pulcrum est mentis, quo absconditur. *Ibid.*
cap. 6.

82. Quasi mortui mundo in sepulcro abs-
condimur, cum mortificati exterioris in secreto
interioris contemplationis celamur. *Prose.*

83. Qui mortificare se appetit, valde ad inventa-
tam requiem contemplationis hilarescit. *Ibid.*

84. Qui semel se ad appetenda visibilia foras
fudit; a contemplandis invisibilibus intusevaniuit.
Lib. 23 *Moral.*, cap. 7.

85. Necesse est ut si vere intendimus illuminata
cernere, studeamus mentis oculos ad ipsum illu-
minans lumen aperire. Lib. 23 *Moral.*, cap. 4.

86. Quotiescumque sanctum contemplationis
ardor in altum rapit, se procul dubio toties sub-
se reliquit. Lib. 2 *Dialog.*, cap. 3, verbo
Dubius.

87. Plurimum qui plus in contemplatione ra-
pitur contingit ut amplius in tentatione fatigetur,
 ne de his ad que mens rapta est, extollatur.
Hom. 4, super *Ezechiel.*

88. Contemplativa vita amabilis valde dulcedeo
est, quae super semetipsam animam rapit, co-
lestia aperit, terrena autem debere esse contem-
piuti ostendit, spiritualia mentis oculis patet, et
corporaliter conturbatur, contemplatio curiositate
revocatur. Lib. 3, in *Claustro anima*, cap. 14.

89. Animo claustrum, contemplatio dicitur,
 in cuius simum dum se recipit animus, sola celesti-
tia contemplatur. *Ibid.*, lib. 3, cap. 4.

90. Nihil est amans difficile, nihil est grave
desideranti venire in complexus Racheli; viden-
tur enim dies pauci laboris praे amoris dulcedine.
Ibid., cap. 9.

91. Quia dum se aobjice manus curas
non pravalet, velut in oculis gestat pulverem
quod id quod cupit, contemplando videre non po-
test. Lib. 4, in *I Reg.*, cap. 4.

92. Ipsi spiritualis letitia se menti non infun-
dit, que temporalis vite angustias transgre-
dit, contemplando non novit. *Ibid.*

93. Contemplatio internæ lucis, splendida valde
atque clarissima dies est. *Ibid.*

94. In contemplatione laborantes reficiuntur,
 quia amori gaudia de divina contemplatione
semper protinus contemplationem ostendit. *Ibid.*

95. Ipse accedentes reficit, qui puris mentibus
semetipsum per contemplationem ostendit. *Ibid.*

96. Pulchra est contemplatio, hinc enim hinc
surgit et ad sancta sanctorum procedit, mente-
que nostram, ut cum Deo versetur, deducit.
Orat. 17, in *De Pauper.*

97. Cum mens in supernam respicit profun-
ditatem, non habet ubi consistat, et in contempla-
tionibus de Deo destituitur, tam infinitum illud
est ac impenetrabile. Orat. 4, in *Theophania*.

98. Oculi anime et mentis intuitus, contempla-
tionem desiderant spiritualium, quam peccator
ignorans prohibet a vera iucunditate cor suum.
Sup. *Ecclesiasten*, cap. 2, in illud: *Et omne quod*
postulaverunt oculi mei.

99. Duo sunt in contemplatione, cognitio et
amor. Cognitio illuminat, amor satiat; cognitio

veritatis, amor bonitatis. Lib. 6, in 7, cap. *Co-*
lestis Hierarch.

100. Accenditur consideratione cogitatio, in-
flammatur discretione meditatio, illuminatur co-
gitatione contemplatio. *Prose.*

101. Est cogitatio in mente quasi fumus in
igne, meditatio quasi flamma cum fumo, con-
templatio igitur cum flamma sine fumo. Cum
mens ad consideranda colestia laborat, tunc cogi-
tatio occupatione temporalium impeditur; medi-
tatio otio conturbatur, contemplatio curiositate
revocatur. Lib. 3, in *Claustro anima*, cap. 14.

102. Animo claustrum, contemplatio dicitur,
 in cuius simum dum se recipit animus, sola celesti-
tia contemplatur. *Ibid.*, lib. 3, cap. 4.

103. Nihil est amans difficile, nihil est grave
desideranti venire in complexus Racheli; viden-
tur enim dies pauci laboris praे amoris dulcedine.
Ibid., cap. 9.

104. Quanto fit futurorum contemplatio rario-
r, tanto reddit oratio tepidior, et surgit invocatio
tardior. Lib. 2, *Miscell.*, codic. 2, tit. 41.

105. Nisi praecedat purgatio, non sequitur il-
luminatio; nec sequitur perfectio, nisi praecedit
illuminatio. Lib. 4, cap. 3, *Cœlestis hie-*
rarchia.

106. Contemplativa vita diligenda est, quia pul-
chra, quia tuta, quia quieta, quia iucunda. Sup. 1
Reg., cap. 4.

107. Toties est ad contemplationem Dei lubrica.
Ibid., lib. 5, cap. 4.

108. Cordis pervagatio reducenda, quoties subtilis hos-
tis ab hoc intuitu mentem captivare pertentans,
recessibus cordis irrecessit. Lib. 5, in *Spiritu*
Gastrimargia, cap. 10.

109. Nullum animæ gravius potest evenire dis-
pendium, quam ut ab illius (qui mitis et humilis
est corde) contemplatione discedat. Collat. 19,
Abbat. Joan., cap. 14.

110. Multum retrahit mentem a contemplatione,
 puritatis ejus, qui implicat eam sordibus
mundi huius et prefocat fotore vitorum. Collat.
23, *Abbat. Pinusti*, cap. 9.

111. Cum mens in supernam respicit profun-
ditatem, non habet ubi consistat, et in contempla-
tionibus de Deo destituitur, tam infinitum illud
est ac impenetrabile. Orat. 4, in *Theophania*.

112. Una et sola est theoria, id est, contempla-
tionio Dei, cui merito omnia justificationem merita,
universa virtutum studia postponuntur. Collat.
23, *Abbat. Theoma*, cap. 3.

113. Quanta magis proficerit mens humana,
 et ad sinceriores contemplationis pervenerit pu-
ritatem; tanto se immundiorum, quasi per specu-
lum sue puritatis inspiciat. *Prose.*

114. Quia necesse est ut, dum animus ad su-
blimiorum se extendit intuitum, et majora quam
agit propriae concepiscit, illa in quibus est,
ut inferiora semper ac viliora despiciat. *Ibid.*,
cap. 20.

S. JOANNES 113. Quomodo posset anima aliquid utile con-
CHYRSOSTOM. templari, que terrae semel dedita caput esse,
et huius trahitur? Hom 36, sup. *Genes.*

JOAN. GERS. 114. Absque meditationis exercitio, nullus re-
cluso miraculo Dei speciali, ad perfectionem con-
templationis dirigitur, aut pervenit. Part. 3, de
Medit. considerat. 7.

115. Impossible est ad veram contemplationem
alio itinere, quam per humilitatem pervenire.
Part. 2, de *Monte contemplat.*, cap. 2.

116. Radix et initium vita contemplativa, de-
bet esse Dei dilectio. *Ibid.*, cap. 10.

S. ISID. HISP. 117. Non poterit quisquam ad contemplatio-
nem proficer, nisi se prius in bonis studiis
actibus exercere. Lib. 2, de *Sum. bono*, cap. 7,
sent. 7.

118. Non potest ad contemplandum Deum
mens esse libera, qua desideris hujus mundi et
cupiditatis inhiat, non enim alta conspicere
poterit oculus, quem pulvis claudit. *Ibid.*, cap. 41,
sent. 4.

119. Mens nostra ecclesiastis est, et tunc orando
Deum bene contemplatur, quando nullus terrenus
curis, aut erroribus impeditur. Lib. 3, de *Sum.
bono*, cap. 7, sent. 7.

LACT. FIRM. 120. Quanto rectius est, omissis insensibili-
bus et vanis, oculos eo tendere, ubi sedes, ubi ha-
bitatio est Dei veri? Lib. 2, de *Origine erroris*,
cap. 5.

121. Nihil prodest hominem esse ita fictum,
ut recto corpore spectet in celum, nisi erecta
mente per contemplationem Deum cernat, et co-
gratia ejus in spe vite perpetua tota versetur.
Lib. 3, de *Falsa sapientia*, cap. 27.

S. LAURENT. 122. Nequaque mens nostra ad contemplanda
sæcera et celestia provehitur, nisi ab iis, quæ
exteriori implicant, studiose se subtraxerit. *De
Ligno vitri*, tract. 11, cap. 1.

123. Nequaque intellectus vester ad coles-
tium contemplationem limpide acuerit, nisi
temporium rerum occupationes reliqueritis. *Ibid.*

S. LEO I. 124. Nihil ita contemplationem mentis oblectat
et superat, sicut Passio Salvatoris. Serm. 11 de
Passione Domini.

LUDOVICUS 125. Olim laudabile est quando, anima Deo
dedita, ab omnibus sensibilium rerum strepitu
et imaginatione exempla, in interno silentio, et
dilecti sui beatissimo complexu, veluti otiosa re-
quiescit. In *Speculo monachorum*.

S. MAX. MART. 126. Beatus est ille animus, qui omnibus rebus
postulatis, in sola divina venustate et elegancia
delicatur. *De Charit.*, centuria 1, sent. 19.

PETR. BLES. 127. Duo sunt rami contemplacionis, lectio
scilicet et oratio, in quibus ita meditatio con-
templans versatur. Serm. 9 de *Parvocat.*

128. Anima contemplando efficitur serenissi-
mum celum. Lib. 3, Epist. 2.

129. In contemplatione quidam labor est, sed
melior requie, sed otio suavior, sed sommo dul-
cior, sed cunctis voluptatibus delectabilior. *Prose.*

130. Labor, inquam, sed sine sudore; opus,
sed sine vexatione; occupatio, sed sine dis-
tensione; studium, sed sine afflictione; profectio,
sed sine motione; elevatio, sed sine ambiione;
quies, sed sine vobigine. *Ibid.*, de *Panibus*, c. 7.

131. Ut cinis excaecat oculos corporis, sic ci-
riositas obnubilat visum contemplacionis. *Ibid.*,
cap. 17.

132. Mens, terrenis obtenebrata negotiis. frus-
s. PETR. DAU-
tra se in contemplatione culmen attollere nittitur,
dum actionum secularium merito, quasi conges-
tus lapidum ruderibus, aggravatur. *Prose.*

133. Mens enim humana, nisi ab humore fue-
rit curæ secularis exuta, non percipit supernæ
pinguedinis gratiam. Ep. 13 ad *Alexandrum pa-
pam.*

134. Ad compescendum contemplationis lucem
esse inaniter erigit, qui per secularis vite meriti-
tum aciem cordis amiserit. *Ibid.*

135. O dulcedo mellilla! cum Dominus in
servo, et servus delectatur in Domino; sed quia
per vite rectitudinem sibi noti non sumus, col-
locationis interioris dulcedinem non gustamus.
Ibid.

136. Quisquis mundi hujus inquietis actioni-
bus implicatur, necesse est ut lumen contempla-
tionis amittat. Lib. 6, Ep. 5, ad *Monachos Clu-
niacenses.*

137. Cum homo illum (qui est super omnia)
per contemplationem conspiceret salagii, semipu-
tum cum reliquo mundano valsis dejectione
transcendit. Opuscl. 41, cap. 9.

138. Quisquis desiderat ad illud inaccessibile
lumen acie mentis attingere, necessarium sibi est
interioris oculos per diurna vagationis spatia
ab omni mundane actionis labe purgare. *Prose.*

139. Ne, dum ad summum speculanda oculos
elevat, terrena conversionis pulvis obsistat; et
magis tenebras, quas reliquerat, videat, quam
lumen (ad quod nittitur) apprehendat. Opus. 12,
cap. 24.

140. Novam mortem contemplatio parit, que
scilicet et mundum nobis, et nos mundo mortuos
efficit. Lib. 3, Opus. 32, cap. 6.

141. Nihil mirum si de contemplatione ad dul-
cedinem veniantur, cum ipsa contemplatio mihi aliud
sit quam ineffabilis et immensa dulcedo. *Ibid.*

142. Quae potest esse vita praestantior, quam
contemplativa? que ratione prædictio convenien-
ti?

CONTEMPLATIO ET ACTIO.

143. Quid contemplationis dulcedine expeditur
salubrissus? quid sentitur suavis? quid reperitur
jucundius? Part. 4 de *Benjamin minore*, cap. 73.

RICH. A. S.
VICTORE. 144. Mens humana, qua multipliciter rerum vi-
sibilium concupiscentia execatur, ad spiritu-
lum bonorum contemplationem difficile renova-
tur. Part. 2, lib. 2, sup. *Apocal.* in prime, *Prologi.*

ROBERTUS
BELLARM. 145. Materia precipua contemplationis est,
considerare nihil Deum magis edisse, quam pec-
catum. Sup. *Psalm.* v, vers. 4.

146. Anima quæ magis affectum restituit carnalibus
bonis, et magis affectum removet a terra-
nis, et se in quadam deserto mens constitut,
eo facultus ascendit ad celestia contemplanda.
Sup. *Psalm.* LXII, vers. 3.

147. Contemplatio rerum divinarum respicit
animum liberum a tumultu perturbationum se-
cularium. Sup. *Psalm.* XLV, vers. 10.

S. THEODOR. 148. Quies divinarum rerum contemplationi
apta est, cum mens libera ab iis extensis curis,
qui cum anciptem faciunt; non amplius hinc el-
luc distractur, sed in seipsam conversa accu-
ratus potest divina percipere. *Sup. Ezech.*, sect. 2.

S. THOMAS
AQUINAS. 149. Contemplatio corporalium rerum um-
bras non secum trahunt, quia in eis non situnt
eorum contemplatio, sed potius in consideratione
intelligibilis veritatis, 2, 2, quest. 180, art. 5 ad 2.

150. Contemplanda veritati vacuum est, ad
quam plurimum valet solitudo. *Ibid.*, quest. 188,
art. 8.

THOMAS
A KEMPIS. 151. Non dignus est alta Dei contemplatione,
qui pro Deo non est exercitatus aliqua tribulatio-
ne. Lib. 2 de *Init. Christi*, cap. 9, sect. 7.

152. Plures reperuntur contemplationem desi-
derare, sed quæ ad eam requiruntur, non student
exercere. *Ibid.*, lib. 3, cap. 31, sect. 3.

IN VIT. PATR. 153. Qui in exercitu mentis per contemplationem
nisi desultat, et spiritibus intra somet ipsum ex-
colit sensus, longe actus superior judicandus
est. Lib. 2, cap. 1 de *vita Joannis*.

154. Sicut impossibile est ut videat quis in
aqua turbida faciem suam, sic et anima (nisi
purgata fuerit a cogitationibus alienis) contem-
plative non potest videare Deum. Lib. 5, libello
12, num. 13.

155. Mens, quæ cogitatione recessit a Dei con-
templatione, fit vel demon, vel bestia. *Prose.*

156. Quia mens quæ recessit a Dei contem-
platione, necessario incitat vel in diabolum cupi-
ditatis, vel in bestialitatem ire. Lib. 8, cap. 8.

SENTENTIA PAGANORUM.

ARISTOTELES. 157. Quousque contemplatio sese extendit,
eousque sese extendit et felicitas ipsa; et quibus
contemplatio magis inest, iis et felicitas magis

inest, non per accidens quidem, sed per ipsam
utique contemplationem. Lib. 10, *Ethic.* seu
Moral., cap. 8.

CICERO. 158. Verum est quoddam genus eorum, qui se
a corpore avocant, et ad divinarum rerum cogita-
tionem cura omni, studioque rapiuntur. Lib. 4,
de Divinit.

PLATO. 159. Tum cogitationis oculus incipit acute cer-
neare, cum primum corporis oculus oculis desinit vim
illam suam exercere. *de Convivio.*

PLINIUS II. 160. Nulla spe, nullo timore sollicitor, nullis
rumoribus inquietus; mecum tantum loquor! o
regiam, sinecruaque vitam! o dulce otium, ho-
nestumque ac pene omni negotio pulcherrimus!
Lib. 1, cap. 9, ad *Minutum Fundatum*.

SENECA. 161. Quidam ab hoc exiguo et caduce tempora-
ris transiit, in illa nos totu[m] demus animo, quæ
immensa, quæ aeterna sunt? *de brevitate vita*,
cap. 14.

162. Qui a divinorum contemplatione, quoties
ad humanas recideris, non aliter caligabis, quam
quorum oculi in densam umbram ex clara sole
redire. Lib. 3, *Quæstiuncula*.

163. Persevera ut cepisti, et quantum potes
propera, quo diutius frui voluptate contemplationis
(emendato animo et composito) possis.
Prose.

164. Frueris quidem etiam dum componis,
etiam dum emendas.

165. Vera illa voluntas est, quæ percipitur ex
contemplatione mentis, ab omni labore pure et
splendide. Ep. 4.

166. Subsire in colum, ex angulo licet.

167. Mittamus animum ad illa, quæ aeterna
sunt. miremur in sublime volitantes rerum om-
nium formas, Deumque inter illa versantem et
providentem. Ep. 38.

168. Animus in loco tristis et obscuræ corporis
domicilio inclusus, quoties potest aperitum petit,
et in rerum nature contemplatione respicuit.
Ep. 65.

169. Erit animus in celo, etiam antiquam
haec custodia exsolvatur, cum vita dejacerit,
levius purusque in cogitationes divinitas emicue-
rit. Ep. 79.

170. Animus nisi purus et sanctus sit, Deum
non capi. Ep. 87.

Vide etiam titul. *Contemplatio et actio. Virtu-
tum conexio in specie. Cognitio Dei*, sent. 1;
Meditatio, per totum, *Perfectio*, sent. 66.

CONTEMPLATIO ET ACTIO.

SENTENTIA PATRUM.

1. Sancti in colum quoddammodo condescendunt, s. AMBROSIVS.

cum eos amor divinus ad coelestia contemplanda elevat: eadunt in terram, cum eos amos proximorum ad ima retrahit. *Svp. Apocal.*, cap. 8, in illud: *Et cecidit de coto stella ardens.*

2. Qui ad contemplativam vitam condescendunt, per active vita exercitia probari debent. *Prose.*

3. Nam qui subito ad contemplativa vita celsitudinem sine exercitiis active vita transeunt, facile labuntur. *Ibid.*, cap. 21, in illud: *Nomus, Topazius.*

4. Non sic quisque debet esse otiosus, ut in eodem otio utilitatem non cogitet proximi: nec actuosus, ut contemplationem non requirat. *Lib. 19, de Civit. Dei.*, cap. 19.

5. Felix domus, et beata semper congregatio est, ubi de Maria Martha conqueritur nam Marie, Martham amulari indignum prorsus est. *Serm. 3, in Assump. Beatae Mariae.*

6. Sicut activa vita est sepulcrum secularis vite; ita contemplativa vita, est monumentum active vite. *Serm. 33, ad Sororem.*

7. In silentio nemo sic debet esse otiosus, ut in eodem otio utilitatem non cogitet proximi; nec actuosus, ut contemplationem requirat. *Dei. Lib. Medit.*, cap. 14.

8. Non in illo tempore inopiam, quae sollicitudinem efficit, patitur mens, quae tantum se contemplationibus dilatat, quantum operatio charitatis vult. *De Perfect. spiritu.*, cap. 7.

9. Vir perfectus prius activa vita opera congregat, et postmodum carnis sensum per contemplationem mortuum huic mundo funditus occultat. *Lib. 6 Moral.*, cap. 17.

10. Mira divinitatis pietate agitur, ita quae perfecto corde ad contemplationem tendit, humanis ministeriis occupatur, ut ex maliis infirmioribus ejus mens perfecta proficiat. *Lib. 5 Moral.*, cap. 4.

11. Necesse est ut nec quieta mens ad exercitationem se immoderat operis dilatet, nec inquietu ad studium contemplationis angustet. *Prose.*

12. Sepe enim qui contemplari Deum quieti poterant, occupationibus pressi ceciderunt et saepe qui occupati hunc humanis usibus viverent, gladio sua quiete extincti sunt. *Lib. 6 Moral.*, cap. 17.

13. Activa vita multorum est, contemplativa paucorum. *Lib. 32, Moral.* cap. 4.

14. Sine contemplativa vita intrare possunt ad celestem patriam, qui bona qua possunt operari non negligunt; sine activa autem intrare non possunt, si negligunt bona operari qua possunt. *Hom. 3, sup. Ezechiel.*

15. Duas sunt vita, activa scilicet, et contemplativa; quia ex hominibus operari tendit ad contemplationem. *Prose.*

16. Contemplativa vita major est merito quam activa; quia haec in usu praesentis operis laborat, illa vero sapore intimo venturam jam requiem degusat.

17. Quamvis activa vita bona sit, melior tamen est contemplativa; quia ista cum mortali vita deficit, illa vero in immortalis vita plenius excusat. *Hom. 3, sup. Ezech.*

18. Sina contemplativa vita, etc., *ut supra*. N° 14.

s. HIERON.

19. Activa vita cum corpore deficit, contemplativa autem vita hic incipit, ut in coelesti patria perficiatur. *Lib. 2, sup. Lamenta. Hieron.*, cap. 3.

20. Activa vita, innocentia est operum bonorum s. ISID. HISD. et contemplativa, speculatio supernorum; illa communis multorum est, ista vero panorum. *Prose.*

21. Activa vita mundanis rebus bone uititur, contemplativa vero mundo renuntians, soli Deo vivere delectatur.

22. Qui prius in activa proficit, ad contemplationem bene condescendit.

23. Merito enim in ista sustollitur, qui in illa utiliter inventur.

24. In ista prius per exercitium boni operis cuncta exhaustienda sunt vita, ut in illa jam pura mentis acie ad contemplandum Deum quisque pertransiret.

25. Et licet conversus statim ad contemplationem condescendere cupiat, tamen ratione cogitat, ut prius in activa vita operationes versetur.

26. Vita mundana activa vita, et vita activa contemplativa, sepulcrum est.

27. Viri sancti sicut a secreto contemplationis ad publicum egreduntur, ita rursus ab actionis manifesto ad secretum contemplationis intime revertuntur.

28. Utilius est per simplicem actionem ire ad vitam, quam per contemplationis errorem mitti in hanc.

29. Multos enim Deus ex carnalibus sua gratia visitat, et ad contemplationis fastigium elevat; multosque a contemplatione justo iudicio deserit, et lapsos in terrenis operibus derelinquit. *Lib. 3, de Sun. bono*, cap. 15, per totum.

30. Optimi sili convenienti quieta remoto, et s. LAURENT. contemplationis instantia; nam sicut publicum JUSTIN. corporalis actio, ita soliditudinis secretum exigit contemplatio. *Part. 2, serm. Pentecost.*

31. Sine actione sola contemplatio scientibus ad nihil est utilis. *De Congressu quarenda eruditio-* PHIL. JUD. *nitis grata.*

32. Habet activa vita profectum, contemplativa fastigium; haec facit hominem sanctum, illa profectum. *Pros.* s. PROSPER.

33. Utius vita est, nulli prorsus injurias irrogare; illius, irrogatas exanimiter suscire.

34. Activa vita habet sollicitum cursum, contemplativa gaudium sempiternum; in haec acquiritur regnum, in illa percipitur.

35. Haec pulsat bonorum operum (velut quibusdam manibus) januam, illa vocat consummatos in Patriam.

36. In haec contemnit mundus, in illa videtur Deus. *Lib. 1, de Vita contempl.*, cap. 12.

SENTENTIA PAGANORVM.

ARISTOTELES. 37. Duplex est vita, scilicet contemplativa, et politica, inter quas contemplativa est melior, 10, *Ethic.*

SENNECA. 38. Agere et contemplationi vacare utrumque mihi est, quoniam ne contemplatio quidem actione est. *de Beata vita*, cap. 32.

39. Tria genera sunt vita, unum voluntati vacat, alterum contemplationi, alterum actioni. *Prose.*

40. Nec ille qui voluntatem probat sine contemplatione est, nec ille qui contemplatione, sine voluntate est, nec ille cuius vita actioni destinata est sine contemplatione est.

41. Alterum sine altero non est; nec ille sine actione contemplatur, nec hic sine contemplatione agit. *Ibid.*

42. In duas partes virtus dividitur, in contemplationem veri et actionem. *Prose.*

43. Contemplationem institutio tradit, actionem admittit; virtutem et exercet et ostendit recta actio. *Ep. 94.*

Vide etiam titul. *Virtutum connexio in specie.*

CASSIOPOR. *Definitio.* Contemptus est abjecta vilitas. *Sup. Psalm. XLIIII, vers. 15. Subsonationem et derum sum his, etc.*

LUGO A. S. VICTORE. Contemptus saceruli, est ex intuitu caducorum ratione inductus amor aeternorum. *De Fruct. carnis et spiritu.*, cap. 15.

SENTENTIA PATRUM.

B. AMBROSIUS. 1. Quid praeceps illi viro, qui contemptum habeat pecuniarum et velut ex are quadratum despiciat hominum cupiditates? *Lib. 2, de Offic.*, cap. 14.

2. Pecuniae contemptus, justitiae forma est. *Lib. 2, de Officis.*, cap. 27.

3. Si vere intelligatur contemptus iste rerum presentium, ad quae tendat, et qualia concupiscat, nihil hujusmodi membris recius, nihil inventur electius. *Lib. 10, ep. 84, ad Demetriadem.*

s. AUGUSTIN.

4. Philosophia vera decet, et vere docet nihil *s. AUGUSTIN.*

omnino colendum esse, totumque contumaci operare quidquid mortalibus oculis cernitur, quidquid mortalis corporis ullus sensus attingit. *Lib. 1, Retract.*, cap. 4, et lib. 1, *contra Academ.*, cap. 1.

5. Qui minima contemnit, majora non credunt. *Ep. 3.*

6. Gloria ut acquiratur, contemnitur. *Ep. 32.*

7. Necesse est ut aliter quam oportet humana vestimenta, quae divina contemnit. *Ep. 153.*

8. Omnia contemnit, qui non solum quantum potuit, sed etiam quantum voluit habere, contemnit. *Epist. 34, ad Paulum.*

9. Christus per mala praesentia docuit nos temperanter prospera seculi hujus contemnere. *Ep. 83, ad Chrysimum.*

10. An dignum est, vel ferendum, cum contemnitur omnia, que amantur in mundo, et non contemnit mundus? *Ep. 45, ad Armentarium.*

11. Vanae saceruli hujus (si inexperta concupiscentia) experta contemnit. *Ep. 82, ad Largum.*

12. Contemnit quod cum fructu contemnit, omnium est. *Serm. 26, de Verbis Apostoli.*

13. Omnia sensibilia sunt contemnenda. *De Morib. Eccles.*, cap. 20.

14. Per contemptum temporalium, et inferiorum, anima crescit in desiderium eternorum et supernorum. *De Spiritu et anima*, cap. 4.

15. Omnia bona terrena contempsit homo faciens Dominus Christus, ut contemnenda monstraret. *De Catechizand. rudibus*, cap. 22.

16. Felices illi, et ipsi rari, qui perfunditoria mundi gaudia spernunt, ne cum pereunte deceperint, et ipsi perire cogantur. *Lib. Medit.*, cap. 21.

17. Non parit gratiam copia mundi, sed contemptus. In serm. *de Convers.* ad clericos, cap. 22.

18. Avarus terrena esurit ut mendicus, filii contemnit ut Dominus; ille possidens mendicat, ita contemnendo servat. *Serm. 21, sup. Cant.*

19. Etsi impium est contemnere matrem, tamen propter Christum piissimum est. *Epist. 104, ad Magistrum Gualterum de Calvo monte.*

20. Terrena deserere sortes, et neclum obtinere coelestem, afflictio intolerabilis, et inconsolabilis dolor est. In *Declam.*

21. Exercitii spiritualis et curae cordis indicium evidens est, contemptus exteriorum. *Ibid.*

22. Cuncta spernit, cuncta despiciit, omnia sibi vilesunt, cuius solus Christus dulcescit. *Serm. 9, de Cana Domini.*

23. Qui interna despicit, praeterita non respicit.

s. BERNARD.